

## De quinto

lius cupiens nos saluari q̄ damnari.  
**E**t ideo matrem sue passioni interesse vo-  
luit: vt per suam intercessionem (cui nō  
est fas aliquid denegare) occasionez ha-  
beat miserendi. **Q**̄ aut̄ **M**aria sollici-  
ta sit reconciliare peccatores: patet p̄ ta-  
le exemplū ee. **F**uit quidā peccator  
volens ire ad peccanduz. ad altare bea-  
te virginis stabat salutans eam angeli-  
ca salutatione. **Q**uia modus eius erat  
quando cunq; poterat altare vel imagi-  
nem virginis salutauit. **Q**uod cum face-  
ret: vidit imaginem eiusdem virginis q̄  
sup altare erat viuificari cum puero quez  
tenebat. **V**idit q; sanguinem fluē d̄ pu-  
ero in gremiū eius: sicut fluxerat de vul-  
neribus christi in cruce. **Q**uod cum cer-  
neret obstupefactus est dicens. **D**ōna  
quis fecit hoc? **E**t beata h̄go respondit  
**T**uz ceteri peccatores qui amplius cru-  
cifigitis me et filiū meum q̄ fecerant iu-  
dici. **V**olebat q; h̄go sanguinez puē ter-  
gerez restringere: sed nō poterat. **E**t pec-  
cator ille conuersus ad imaginem dixit  
**M**ater misericordie intercede p̄ me.  
**E**t illa **N**os peccatores vocat; me ma-  
trem misericordie qui non cessatis face-  
reme matrem miserie et tristitie: **E**t ille  
**N**on sic pijsima domina loquere: s; me  
memento aduocatam peccatoz te essez in-  
cede pro me. **E**t mater ad filiū. **O** pijsi-  
sime fili amore mei miserere huic pecca-  
tori. **E**t filius. **N**ō mater. **N**ec grauari  
debes q; te non audio: quia ego rogauī  
patrem meū p̄mo si possibile foret aliter  
humanum genus saluari transferret a  
me calicem passionis. **E**t noluit audire  
me. **E**t mater **O** fili memento q; te ma-  
terno amore foui et alui vberibus et pec-  
tore meo. et cōdona huic peccatori. **E**t fi-  
lius. **M**ater ex iusticia tibi ostendo q;  
exaudire te non teneor. **E**t mater. **N**ō  
p̄m iusticiam causemur: sed ad misericor-  
diam confugimus. **E**t ergo p̄pter tuaz  
misericordiam miserere huic peccatori.  
**E**t filius: rogauī ego secūdo p̄rem meū

vt si possibile foret alio modo gen<sup>o</sup> hu-  
manū saluari trāfferret a me calicē passi-  
onis et nō audiuit me. **E**t mater. **O** fili  
memento laborū quos sustinui tecum: et  
dona mihi istū peccatorē. **E**t fili **M**ater  
noli grauari q; te nō exaudio: sed me-  
mento q; tertio rogauī patrē meū vt trā-  
ferret a me calicē passionis et nō exaudi-  
uit me. **E**t pia mater deposuit filiū et vo-  
luit p̄cidere ad pedes eius. **Q**uod cer-  
nēs filius inq̄t ad eā. **Q**uid est mater  
q̄d facere vis? **E**t illa. **T**am diū ad pe-  
des tuos cū peccatore iacebo quousq;  
venā ei cōcedas. **E**t filius. **A**bsit hoc  
mater: sancitū est in lege diuina q; fili<sup>9</sup>  
debet honorare matrē. **E**t iusticia con-  
cludit. q; ille legem debet implere qui le-  
gem dedit. cum aut̄ ego sim filius tuus  
et tu mater mea te honorare volo in isto  
peccatore: et sibi p̄pter te omnia peccata  
indulgeo. et sic pax erit inter me et eum.  
et in signum pacis osculet̄ vulnera mea  
**E**t sic peccator osculando sanauit om-  
nia p̄j christi vulnera.

## De quinto p̄cepto

**N**on occides. **I**n q̄ p̄-  
cepto phibetur homicidium  
a quo peccato p̄mo debet co-  
hibere homines hoc q̄d ipm  
est contra naturam. **D**ocuit em̄ natura  
aialia q; deberēt diligere ea que s̄t eius/  
dem speciei cum ipis. **U**nde **E**ccl̄. xij.  
**O**mnē animal diligit suum simile. **U**n̄  
mirum est quomodo homo vult occide-  
re suū simile scz alium hominem. cū na-  
tura doceat vnum lupū amare alium.  
**S**ic similiter intelligendū est de homi-  
ne q; naturaliter et ex instinctu nature de-  
beret diligere alium hominē sibi similez  
**U**n̄ **A**restoteles octauo **E**t h̄icoz. **O**m-  
nis homo omni homini naturaliter est  
amicus. **E**rgo talis peccat cōtra natu-

## precepto

ram humanam ei inditam. Insuper peccat contra rationem humanam. Dicitur enim ratio hominum quod non deberet facere alij quod sibi odit fieri. vtz **Thobie. iij.** Unde cum ipse homo super omnia naturaliter abhorret mortem. ideo ipse super omnia cauere debet ne mortem alij inferret. **Uñ** smetator secundo de aia. **O**mne naturale desiderat permanentiam esse. **S**ecundo deberet cohibere homines ab hoc peccato: quia peccatum hoc diabolicum est et diabolo assimilatur. **U**nde **Johis. viij.** Ille homicida erat ab initio. **D**iabolus ab initio homicida fuit sui ipsius: et consequenter **A**de et **E**ue et totius humani generis. **Uñ** **Augustinus.** Diabolus est humani generis inimicus inuictor mortis. **B**. **T**ertio deberet cohibere. quia est unum de quatuor peccatis que dicuntur ad dominum clamare. **E**t primum horum peccatorum est opprobrium puerorum innocentium. **U**nde **E**rodi secundo. **A**scendit vox filiorum israel ad dominum. **E**rgo summe cauendum est cuiuslibet: ne pupillos et orphanos et viduas innocenter opprobriet vel eis aliquam iniuriam faciat. **S**ecundum est peccatum sodomitarum. **Uñ** **Gen. xvij.** **C**lamor sodomitarum et gomorreorum multiplicatus est. **T**ertio de detentio mercedis mercenariorum. **U**nde **Jacobi ultimo.** **E**cce merces operariorum vestrorum que fraudata est a vobis clamat. et clamor eius introiit in aures domini sabaoth. **Q**uartum est homicidium proximi. **U**nde **Genes quarto.** dixit dominus ad **Layn;** **E**cce vox sanguinis fratris tui **Abel** clamat ad me de terra. **S**icut autem potest deus dicere ad quemlibet homicidam **E**cce sanguis innocenter a te effusus clamat ad me de terra requirens vindictam super te. **I**tem patet ex hoc quod sit unum de maximis peccatis occidere proximum et innocentem. quia dominus maledixit terre que aperuit os suum et recepit sanguinem **Abel** fratris **Layn.** **S**i autem terra est maledicta a domino que sanguinem

innocentem recepit: quid tunc de illo erit qui sanguinem innocentem effudit. **E**rgo merito dicitur occisoribus in iudicio extremo. **I**te maledicti in ignem eternum etc.

**Q**uod homicidium sit duplex. **C**oncedendum autem quod homicidium est duplex. scilicet corporale et spirituale. **C**orporale committitur manu vel facto. et hoc quatuor modis. **P**rimo modo iusticia dicente. vt cum iudex reum iuste damnat. vel minister taliter damnatum occidit. **U**nde queritur. vtrum iudicio liceat occidere malefactorem. **R**espondeo secundum sanctum **Thomam** secunda secunde. q. lxxij. **S**icut pro salute totius corporis preadicitur laudabiliter membrum putridum: sic malefactor qui est corruptiuus aliorum. laudabiliter occiditur vt commune bonum conseruetur. **S**i tamen hec occasio fieri a iudice vel ministro liuore vindicte vel delectatione fundendi sanguinem humanum: licet iste malefactor iuste occidatur: nihilominus iudex vel minister mortaliter peccat. **S**imiliter si minister hoc facit pro aliquo questu quem exinde se consequi speraret. **S**imiliter autem ambo scilicet iudex et minister peccant mortaliter si reum occidunt iuris ordine non seruato: hoc est si occidunt sententia liter non condemnatum. **E**t hoc probatur. xxiiij. q. iij. paragrapho penultimo. et. q. v. miles. et ca. cum minister. **Q**ueritur vtrum liceat priuate persone occidere malefactorem. **R**espondeo secundum sanctum **Thomam** vbi supra. non licet. sed solum illi cui communitatis cura commissa est. sicut principi vel domino terre habenti publicam auctoritatem non autem alicui priuato. **S**ecundo modo sit homicidium necessitate instigante. **S**ed tunc distinguendum est hoc modo. quia aut illa necessitas bene potest satis faciliter evitari. puta cum quis

## De quinto

potest euadere insequētem se hostē. tūc reus est homicidij z tāq̄ p mortali peccato debet agere penitētiā. Aut ē necessitas inuitabilis: puta si q̄s occidit insequētem se non ex odij fomite. sed ex dolore animi. quia aliter nō potuit periculū occasionis euadere. z talis nō peccat nec astringitur ad penitentiā nisi ad cautelam ppter ambigūū dubietatis. quia potest timere ne illum occiderit motus ex indignatōe vel iracundiā: vel libidine vindicte: z nō ex sola necessitate defendēdi se. ideo interiorē sp debz agere penitentiā: z suis peccatis ascribere q̄ in tantam venit necessitatē: z in hoc concordat **S**anfredus z **H**ostiēsis. Sciēdum tamē q̄ q̄suis p cōseruatōe p̄rie p̄sone liceat in inuitabili necessitate aliū occidere ne ip̄e occidatur. hoc tamē nullatenus est licitū p cōseruatōe rerū temporalium: quia vita p̄ximī est p̄ferēda rebz fortune. **T**ertio hoc homicidijū corporale sit casu. sed ibi distinguē. quia aut dabat operā rei licite aut illicite: puta si p̄iciebat lapidem vel iaculum siue in ludo siue p corpis exercitio versus locum vbi p̄sueuit esse transitus hominū: reus est homicidio. vt p̄z xv. q. i. merito. Et irregularis efficitur. vt patz p **I**nnocētiū sup ca. exhibita **S**i vero dabat operam rei licite: puta si pulsauit z baculus cadēs interfecit aliquem vel occidit eū nō imputat ei **N**el si quis secans arborē z arbor cadēs fortuitu aliquē occidat: nō est culpabil. qd̄ verum est si fiat in priuato loco z adhibeat veram z plenam diligētiam. s. circūspiciēdo se z alte clamādo q̄ sibi caueat: alioq̄n sibi impurabit vt p̄z dist. l. hī qui arborē. **Q**uid de parētibus in q̄rum lectis puuli inueniūtur mortui **R**ñ deo fm̄ **R**aymūdum. **S**i mors interuenit graui eorum culpa p̄cedente atq̄ negligētia: grauis est eis penitētia iniungēda. **S**i aut̄ leuis culpa p̄cesserit: nō grauis penitētia est eis iniungēda. **S**i

autem nulla p̄cesserit negligētia v̄ culpa de iure nō sunt puniēdi: tamē ad cautelam ppter ambiguum est eis aliq̄ penitētia iniungēda. **C**oncordat **H**osti. et addit q̄ monēdi sunt parentes ne pueros teneros secum in vno lecto collocēt: ne forte opprimātur. ij. q. v. consuluit. **Q**uid dicēdum est de custodibus infirmorum qui ad eorum peritōem vocauerūt minutorē vt minueret eis sanguinem: vel dederūt eis vinum: vel non bene custodiūt eos ita q̄ ip̄i mortui sunt. **R**espō deo fm̄ **G**uil. **I**n omnibus talibus quādo bona fide fiūt nō debet alius de facili scrupulosam p̄sciētiam habere: nisi sit euidēs culpa aut negligētia dissoluta z certum sit q̄ inde mors p̄ueniret. tunc irregularitas contracta est. **D** **Q**uarto homicidium corporale cōmittitur voluntate z p̄ria iniquitate impellēte: puta si quis ex odio vel liuore vindicte aliquē occidat. z tūc sine omni distinctiōe dicēdum est q̄ tale homicidium voluntarium semp est mortale peccatum z enorme. **Q**uerit vtrū magis peccet qui occidit iustum q̄ qui occidit peccatorem. **R**espō deo fm̄ sanctū **T**ho. sc̄da sedē. q. lxiiij. sic. **E**t hoc quā duplici rōne. **P**rimo quia nocet ei quē plus debet diligere. z ita magis agit cōtra charitatem. **S**ecūdo quia iniuriam infert ei qui est minus dignus z ita magis cōtra iusticiā agit. **T**ertio qz p̄uat cōmunitatē maiori bono **Q**uarto quia p̄remnit deū in iusto hoīe. **L**uc. x. **Q**ui vos spernit me spernit. **I**tem quia fideles sunt filij dei. i. **J**oh. iij. **V**idete qualem charitatē nobis dedit deus vt filij eius noīemur z simus. **I**git̄ qui aliquē fidelem occidit: filiū dei occidit. qd̄ constat immānissime seueritatis esse. **N**ō ante p̄spectū dei p̄stare audebit qui fratrem eius occidit. **Q**uerit vtrū occidere aīalia sit peccatum. **R**ñ deo fm̄ **T**ho. vbi supra: nō. quia nullus peccat vtendo re sua ad hoc ad quod est ordinata.

## Precepto

Generalit̄ aut̄ plantet̄ aīalia p̄t̄ hoīez  
sūt. Querit̄ vtrū mlieri liceat seip̄am oc  
cidē p̄t̄ stuprū v̄l adulterū vitā dū. Rū  
deo s̄m Tho. vbi sup̄ nō. qz nō debz in  
se cōmittere crimen maximū v̄t vitet̄ mi  
nus crimen alienū. Nō est em̄ crimē mu  
licris si ei violentia iſeraſ. Et itez forni  
cario vel adulterū min⁹ p̄c̄m est q̄ ho  
micidū. p̄cipue sūp̄ius qd̄ est periculo  
sissimū. Quia nō restat t̄ps v̄t p̄ peniten  
tiam expiet̄. Sed hoc est vez q̄ potius  
debet se violentē p̄mittere occidere q̄ in  
p̄c̄m fornicatōis voluntarie incidere.

Sciendū q̄ occidere seip̄m est p̄c̄m  
mortale: vt p̄bat Thomas sc̄da sc̄de.  
q. lxxij. quadrupl̄. Primo quidē q̄a est  
p̄tra naturalem inclinātōem qz vnaque  
q̄ res seip̄am nitit̄ conseruare quantuz  
in se est z p̄t. Sc̄do qz est cōtra charita  
tem qua hō tenetur se diligere. Tertio  
est iniuria cōmunitatis: qz quilibet ho  
mo pars est cōmunitatis. Quarto qz ta  
lis in deū peccat: sicut q̄ alienū suū inter  
ficiat peccat in d̄m. Ideo qz nullo mo  
do licet illud vt miseriaz p̄sentis vite q̄s  
evadat. naz finis oīm terribilū ē mors  
s̄m p̄m. Item nec p̄pter vindictaz ali  
cui⁹ peccati in seip̄o lz se occidere. Quid  
de his qui seip̄os mutilant: Rūdeo nō  
licet mēbrū sanū p̄cidere. Et quidē si ta  
lis mutilatio fiat ex impatientia alicui⁹  
ifirmitatis. aut etiā credebatur obsequiū  
p̄stare. S̄o vt putat̄ castevuēt nihil omi  
nis talis grauit̄ peccaret qz non licet  
aliquo mō mēbra p̄scindere ad vitā dūz  
periculū anie sue p̄c̄m: qz salutē sp̄uali  
semp̄ p̄t aliter subueniri: cū p̄c̄m subia  
ceat ip̄i voluntati. Ergo tales homicide  
sūp̄ius iudicant̄: z tal̄ repellit̄ a p̄mori  
onez receptōe sacrozū ordinū. Sec⁹ est  
si mēbrū putriduz ideo abscondat̄ a se  
vel ab alio: qz est corruptiūz corp̄is: qz  
tunc licitū est p̄scindere: de voluntate t̄n  
eius cui⁹ est mēbrū aut illi⁹ ad quē p̄ti  
net curare de salute illi⁹. **¶** Quinto  
homicidū corp̄ale cōmittit̄ a lingua

z hoc primo. scz p̄cipiēdo sicut herodes  
occidit oēs pueros qui erant in bethleem  
iude. Matth. ij. Dittens occidit oēs  
pueros qui erant in bethleem z in omni  
bus finibus eius: non q̄ manu eos occi  
derat. sed quia iussit z precepit. **¶** Se  
cundo cōmittit̄ consilio: puta cū quis altē  
suadet vel rogat homicidū facere: osten  
dens sibi utilitatem sequentem ex homi  
cidio tali. Et talis s̄m Innocen. est reus  
homicidij: z cū hoc irregularitatē incur  
rit. Nec interest si ille cui dat consilium sta  
tim occidat vel diu postea t̄pe interfecto  
nisi interim contrariū suaderet: z primū  
consilium reuocaret. imo quod plus est  
oportet q̄ illi denunciet de cuius morte  
contractum est q̄ sibi caueat: nisi p̄ habē  
liter credat q̄ post reuocationē consilij ille  
cui dedit consiliū reuocet a p̄posito occi  
dendi: vt dicit Inno. Caute t̄n ne quē  
q̄ p̄dat. Sic cayphas christuz occidit  
dando consilium de morte eius Joh. xj  
dixit. Expedi vobis vt vnus moriatur  
homo p̄ populo z non tota gens pereat  
Unde Augustinus. Non solum illi ho  
micide sunt qui manu homines occidit̄  
sed etiam illi per quoz consilium frau  
dem z exhortationem hoīes extingui  
tur. Et ad istud duplex homicidū dī  
scernendum quidam euangeliste dicūt  
seu tradunt christum esse crucifixum ho  
ra tertia: alij dicunt hora sexta. Quia iu  
dei suis prauis consilijs machinātes in  
mortem christi ipsum linguis crucifixe  
runt hora tertia. Milites vero hoc fa  
cto impleuerunt hora sexta. Septimo  
committit̄ seu fit defensione seu ani  
mo defendendi eum qui homicidū p̄  
petrat. Nam s̄m Henricuz de esmaria.  
Si quis vadit ad interficiendum aliu  
z t̄ipm illi scienter associas: nō tamē ip  
sum incitas ad homicidū perpetrā  
dum: nec super hoc aliqua verba auz eo  
habuisti nec ipse tecum: immo tu sibi ex  
animo hoc dissuadisti: licet tibi acquies  
cere noluerit. Et nihilominus tu de ip̄i

## De quinto

so timens te ipsi associas eo animo ut si forte ille insequeretur eum tu eum defenderes: et sic occidit alium per te associat?  
**E**t in hoc casu dicit Hostien. q. talis est homicida nec unquam poterit ad ordines promoueri. Et sic intellige q. sola defensione committit homicidium. **O**ctavo committitur tradendo primum in mortem sicut iudas christum: de quo dicit Math. 26. Querebat oportunitatem ut eum traderet. Et tales traditores cum iuda damnabuntur: et rei erunt in sanguine innocio sicut iudas in christo. **N**ono committit iudicando iniuste aliquem ad mortem. Sic pylatus occidit Christum: de quo dicitur Luce. 23. q. ad iudicauit fieri petitionem eorum. **N**e illis falsis iudiciis q. propter munera vel fauorem iudicium et iusticiam peruertunt: quia enormiter peccant in christum qui est veritas et iusticia. **U**nde Isidorus de summo bono. **N**on est persona in iudicio consideranda: sed causa. **Q**ui consanguinitatis et amicitie fauoris siue inimicitiarum occasione iudicium peruertunt sine dubio in christum dominum qui est veritas et iusticia peccant non scuntur. **U**nde Chrysostomus. **F**acile deuiat a iusticia qui in causis non deus sed hominem formidat. **H**oc patet in pylato: qui christum multis modis et vis nitebatur liberare: sed postmodum finaliter ex timore humano iniuste ad mortem sententiauit. **S**ciendum q. iudicium non licet vendere iustum iudicium. **U**nde Augustinus. **N**on debet iudex iustum vendere iudicium: non testis verum testimonium: licet vendat aduocatus iustum patrocinium et iuris perit rectum consilium. **E**rgo grauiter peccant qui iusticiam exequi nolunt. nisi acceptis antea muneribus. **E**t tales quando q. confunduntur hic et in futuro. **U**nde legitur q. quidam iniquus iudex noluit facere iudicium nisi antea acceptis aliquibus muneribus. **E**t cum quendam vidua quandam causam habuit:

quam iudex et continue prolongauit. **T**unc ipsa fuit conquesta cuidam bono viro q. dixit ei. **I**pe tibi non faciet iudicium nisi ei manus inungas. **T**unc illa mulier accepit pinguetudinem butyri et coram omni populo presentem in iudicio ad iudicem accessit: et ei manus inunxit. **Q**ui indignanter dixit. **C**ur mihi maculas manus? **E**t illa. **Q**uia mihi dictum est q. non habeo finem nec expeditioem cause mee: quam mihi iam diu praestitis nisi ungeretobis manus. **E**t sic ille confusus coram omni populo stetit: et ei ex verecundia iudicium fecit. **I**tem sciendum q. iudex iniuste iudicans puniendus est a superiori suo ut exemplo eius alij timeant tale facinorosius committere. **U**nde legitur q. quidam rex persarum cum deprehendisset quendam iudicem suum iniuste iudicasse eum iussit excoari: et sellam iudicis cum talitate cooperire ut iudex futurus continue memor fieret supplicij et timeret iniuste iudicare. **S**ciendum tamen q. non facilliter homo iudicandus est ad mortem: qui est nobilissima creatura. **U**nde Aristoteles de regimine principum. **N**obilissimum animalium est homo caue effundere sanguinem humanum. **U**nde etiam Augustinus de spi. 2. li. **T**ate dignitatis est humana conditio: ut nullum bonum propter summum bonum ei sufficere possit. **U**nde Bernardus in sermone. **F**ecit deus hominem secundum corpus egregiam creaturam: sed secundum animam magis: ut partem imaginem creatoris insignem: rationis participem: beatitudinis eterne capace. **E**rgo talis nobilis creatura non leuiter est delenda. **H**oc isti deberent attendere q. homines quasi pullum galine occidunt: et modicum estimant effundere sanguinem humanum: et occidere hominem. **C**um tamen de loquitur per Ezechiel. c. xvij. **N**unquid voluntatis mee est mors impij dicit dominus et non magis ut auertat a via sua et uiuat. **E**rgo quando esset spes probabilis de emenda tunc melius esset hominem viuere et eum

præcepto

Dare: et peccata sua per satisfactiones de-  
lere: quod sic leniter et faciliter occidere. In  
signum huius dicit dominus per Ezechiel  
18. Nolo mortem peccatoris huius. et cetera. er-  
go illi qui ita atrociter homines cruciant et  
puniunt: et ita in misericorditer sententi-  
ant et iudicant: timere deberent illud dictum  
Jacobi. 11. Iudicium ei fit sine misericor-  
dia: qui hic non facit misericordiam. Et  
illud dictum apostoli. Quo iudicio alium iu-  
dicas: teipsum condemas. Et super omnia ti-  
mere deberet dictum christi quod habet Luca  
vi. Eadem mensura qua mensi fueritis  
remetietur vobis. **Secundo** committit  
hoc homicidium non liberando proximum a  
morte. Unde querit utrum quilibet teneat  
liberare proximum a morte. Rursus quod sic. quod  
quilibet ex debito charitatis teneat repel-  
lere iniuriam a proximo et liberare eum a mor-  
te vel defendere eum cum potest: alias erit reus  
homicidii. Et ista veritate docet eundem  
instinctus naturalis in brutis animalibus:  
ut patet de delphinibus. put dicit philosophus  
xi. de animalibus. Similiter patet in porcis  
qui sibi mutuo subveniunt. et unus nititur  
aliu liberare. Non tamen quilibet teneat pro  
li liberatione alterius periculo mortis se ex-  
ponere: sed solus iudex teneat ad hoc et  
manu armata. Qui autem ex charitate  
hoc faceret: opus perfectionis exerceret.  
De persona privata dicit magni docto-  
res quod si credat quod hominem solo verbo pos-  
sit liberare a morte iniusta quod teneat face-  
re verbo: veritatem facto teneat impedire si  
possit efficere sine peccato.

**Homicidium spirituale octo modis  
committit.**

**H**omicidium spirituale quo quis  
interpretatur dicitur homicida com-  
mittit octo modis. **Primo** quod  
des committit in corde proximum odi-  
endo: de quo prima Jobis. 11. Ois quod  
odit fratrem suum. homicida est. Et satis quoniam  
ois homicida non habet vitam in se ma-  
netem. Glo. ibidem. Et si vivens in ho-  
mines vivere cernit: in perpetuum tamen cum

demonibus condemnabitur. Et istud  
homicidium tanto gravius est corpora-  
li homicidio: quanto anima que per iudi-  
cium occidit est prestantior corpore: quod  
secundo patet ex hoc quod homicidium corpo-  
rale est quo homo interficit alium per i-  
udicium autem homo perimit seipsum. et  
ideo quanto nepharius est hominem in-  
terficere seipsum quam alium: ratio detesta-  
bilis est homicidium spirituale corpora-  
li. Et isto modo tam pueri quam mulieres  
iudeorum christum crucifigentium facte sunt ho-  
micide: odientes dominum iesum christum. Et si-  
militer hodierni iudei sunt homicide christi  
hoc modo. Homicidium quando sit pec-  
catum mortale vel veniale patet infra. xliij.

**Secundo** committit involunta-  
te: factum scilicet spirituale et bone voluntatis  
propositum suffocando. Nam quicquid  
in te bonum conceptum tibi divinitus  
inspiratum per negligentiam et contem-  
ptum extinguit: totiens divinum fetum  
manu gratie divine in te plantatum vo-  
luntarie iugulas et perimis. Quia anima  
cuiuslibet hominis est sponsa christi: quod  
tunc ab ipso impregnabitur quando bo-  
na voluntas et bonum propositum con-  
cipitur. Tunc idem conceptum occidit  
quando bona voluntas per negligentiam  
am et contemptum ad effectum non produ-  
citur.

**Tercio** committit verbo  
et ore proximo suggerendo mala que sunt  
contra deum et salutem. Ideo christus  
dicit de diabolo ut habetur Joannis.  
viii. Ille erat homicida ab initio. Unde  
Augustinus super Joannem. Homici-  
da diabolus dicitur: non quod gla-  
dio armatus nec ferro cinctus ad ho-  
minem ventat: sed quia malum verbum  
seminavit. Noli ergo te non putare ho-  
micidam esse: quando fratri tuo mala pro-  
suades. Unde apostolus prima ad Co-  
rinthios. xv. Corrumpunt bonos mores col-  
loquia prava. Ergo quando cum  
verbis tuis occasio es alicui ad peccan-  
dum: si hoc ex proposito et scienter feceris

## De quinto

homicidiū spūale cōmittis. **Q**uarto cōmittit q̄ndo hō subtrahit fratnā cor/ rectōem atq; admonitōem. **U**n̄ Greḡ in moral. Tot psonas occidim? q̄t ad mortem ire quotidie repidiz tacētes vī demus. **A** **C**irca qd̄ queritur: vtz correctio fraterna sit in p̄cepto. **R**espondeo s̄m **T**ho. sc̄da sc̄de. q. xxxij. in p̄cepto est. **S**ed quia p̄ceptū est affir matiuū non obligat ad semp: sed p loco z tpe. **U**nder omisso ei? vno modo fit meritorie: vt quando q̄s oportunū tem pus inquit. v̄l q̄ de ip̄is metuit ne de teriores fiant v̄l ad bonam vitam alios impediātz h̄mōi. **S**c̄do modo omittit tur cum peccato veniali: quādo scilicet t̄i morz cupiditas fac̄ tardiorē ad corrigē/ dum delictū fratris: non tamen ita q̄ si constaret ei q̄ si fr̄em posset a p̄ccō retra here dimitteret p̄pter timorē z cupidita tem: quānimo in aīo preponit charitatē vt d̄t **A**ugustinus. **T**ertio modo omittit tur cū peccato mortali: scilicet cū forni/ datur iudiciū vulgī vel carnis cruciatio: vel quodcumq; temporale: dñi tamen h̄ ita dominetur in aīo q̄ fratris charitatē p̄ponatur. **A** **Q**uinto committit tur p̄ malum exemplū quod daf̄ pro/ ximo. **U**nde **A**ugustin? in libro de pa/ storali bus. **Q**ui in cōspectu populi ma leuiuit quantū i eo est illū q̄ ab eo accen ditur occidit. **E**rgo q̄ te p̄mitus suo ma lo exemplo ad peccandū induxit ille ani mam tuam z suā occidit. suaz p̄ maliciā tuam p̄ malum exemplū de quo d̄t x̄ps **M**atth. i. 8. **N**e homini p̄ quē fit scan dalum. **U**nde etiā **A**ristoteles. ij. ethi/ corum. **P**essimus est ille q̄ vititur malo: non solū ad se h̄ etiā ad alios. **E**rgo ta les multipliciter puniunt. **U**n̄ **G**reḡ. in moralibus. **T**ot mortibus quis di gnus est quot mala exempla prauitat̄ in posteros reliquit. **A** **S**exto cōmittit quando quis heredibus suis iniustas res relinquit. **N**ā quot denari/ os eis scienter relinquit: tot gladijs ip̄os

transfigit. **E**rgo tales heredes siue filiū si illas res iniuste acquisitas scient possi dent tunc damnatur cum parētibus. **E**t tunc sc̄dm̄ dictum ch̄ri in euāgelio **F**iliū consurgent aduersus parentes. **H**oc in telligatur q̄ i iudicio extremo siue etiam in inferno puniet eos dupl̄r. **P**rimo cō queritur de eis sicut de crudelib; occaso ribus eoz. **E**c̄c̄i. xli. **D**e patre ip̄io con queritur filiū. quoniam p̄pter ip̄m sunt in opprobriū. **S**c̄dm̄ quod est grauissi mū: quia in inferno semper eos torque/ bunt ad minus per impropertā: intan/ tum q̄ nescio vtrum grauius per filios: vel per demones puniantur. **U**nde le/ gitur q̄ quidem comes quo ad huma/ nam estinationē satis bonus: visus est post mortem a quodam heremita in in/ ferno in quadam schala ignea stare. **E**t cum ille quereret cur tibi esset cum satis laudabiliter in mundo vixisset. **R**espon dit q̄ propter possessionem cuiusdaz ec/ clesie quā proauus suus sibi v̄surpasset. **E**t ip̄e admonitus nō eam restituisset. **Q**uia eam se possidere licite estimabat: ex quo ab antiquo sup̄ eum sic deuoluta esset. **E**t ip̄e fatebatur decimū se eē pos sessorē. **E**t quot de generatione illa q̄ eā scienter possiderēt morerent: illuc ad eum z ad eandā schalā futuri eēt. **S** **S**eptimo committit victum necessa rium i necessitatis articulo pauperi sub trahendo. **N**ā q̄ victū necessariū paupe ri i necessitate subtrahit: spūale homici/ diū cōmittit. **U**nde **A**mbro. **P**alce fame morientē: si non pauisti occidisti. **G**ratia huius potest queri vtrum dare elemosynā cadat sub p̄cepto. **R**espon/ deo q̄ dare elemosynam i necessitatē ar ticulo cadit sub p̄cepto qd̄ patet p̄ h̄ qz ip̄am omittēs eternaliter puniet. vt p̄ **M**atth. i. xxij. **F**uriū: et non dedisti mihi māducare. **E**t rō huius est: qz cur dilectio proximi sit in p̄cepto: necesse ē omnia illa cadere sub p̄cepto sine quib; dilectio pximi non seruat. **A**d dilectōē

## Precepto

aut p̄xiimi pertinet: vt nō solum velim⁹  
ei bonū sed etiā operemur s̄m illd. i. **Jo**  
annis. 3. Non diligamus lingua neq; v̄  
bo: sed operez veritate. **Ad hoc** ar̄ vt ve/  
limus alicui requiritur vt eius necessita/  
ti subueniamus. **Iuxta illud. i. Joh. 3.**  
**Qui** viderit fr̄em suum habere necessita/  
tēz clauerit viscera sua ab eo. quō cha/  
ritas dei manet in illo: **Ergo elemosy/  
narum largitio est i precepto. S; quia**  
p̄cepta dant de actibus virtutuz: neces/  
se est q; hoc donū elemosyne cadat i pre/  
cepto s̄m q; actus est de necessitate p̄tu/  
tis: puta sc̄dm dictamen recte rōnis. et  
sc̄dm hoc aliud est considerandū ex par/  
te dantis: z aliud ex parte recipiētis. **Et**  
ex parte q̄dem dantis requiritur q; illud  
q̄d in elemosyna datur sit sup̄fluum nō  
solum respectu sui p̄xiimi: sed etiam respe/  
ctu aliorum quorum sibi cura incumbit  
**Quia** recta ratio dicit q; vnusquisq; si  
bi p̄xiimi p̄uideat de his quoz sibi cura  
i incumbit. z postea de residuo necessitati  
aliorum subueniat. **Ex parte** autem re/  
cipiētis req̄ritur q; necessitatez habeat:  
alioq̄n non esset rō pietatis quare ei da/  
retur. **Unde dist. 82. ca. i. His** paupe/  
ribus danda est elemosyna q̄ i manib;  
suis laborare non possunt. **Non** ar̄ om/  
nis necessitas obligat ad p̄ceptum: sed  
solum illa sine qua quis sustentari non  
potest. **Et** ideo relinquitur q; daē elemo/  
synam de superfluo est in p̄cepto respe/  
ctu eius q̄ est i extrema necessitate posi/  
tus. **Sciēdum** tamen q; non simpliciter  
expectanda est semper extrema necessi/  
tas: quia tunc non poss; iuuari natura  
consumpta. **Sed** tunc intelligend⁹ est  
casus extreme necessitatis quādo appa/  
rent signa future necessitatis extreme p̄/  
habilia: vt cum quis videt alios ipoten/  
tes vel pigros ad subueniendum: z vi/  
det pauperem indigere vite necessarijs  
ne sibi posse satisfacere: tunc em̄ ex pre/  
cepto charitatis tenetur sibi subuenire.  
**Sed** circa necessitatem extremā dare

elemosynā est i consilio sicut de quolibz  
meliori bono dant consilia. **Unde** dicit  
**Basilius.** **Cur** tu abūdas: ille v̄o men/  
dicat: nisi vt tu bone dispensatōis meri/  
ta consequaris: ille vero patientie meri/  
tis decoretur. **Famēlia** panis est quē tu  
tenes: tunica nudi est quam in conclaui  
conseruas: calceus discalceati est qui pe/  
nes te marcescit. **Idcirco** tor in iurias cō/  
mittis q̄t dare valēs. **Octauo** commi/  
tatur p̄xiimo detrahendo de qua detra/  
ctione iā dicitur.

**De** detractione.

**Detra**ctio detestanda est. **P̄xi**mo  
quia comparatur homicidio: qz  
ille cui detrahitur in conscientia  
illius q̄ audit detractōem occidit: i cui⁹  
conscientia p̄xiimi v̄uebat p̄ bonā famā:  
z tale homicidium grauius est corpora/  
li. **Quia** s̄m **Henricū** de firma. ibi solū  
corpus vnus occiditur: hic autē sit plu/  
res aīe perimunt. vna ip̄ius detractorz  
alia eius cui detrahitur cū hoc p̄ceperit  
z irascitur z querit vindictā. **Tertia** ip̄o/  
rum audientium. vnde tale homicidū  
periculosissimū est: qz est contagiosum.  
serpit em̄ de vno ad alium. z letaliter in/  
ficat oēs illos in quos venenū detractio/  
nis infunditur. **Unde** **Bernardus** su/  
per canonicā **Joānis.** **Un⁹** detractor  
q̄ loquitur: z tamen vnū verbū eodem in/  
momēto multitudinis audientium dum  
aures transfigit: aīas interficit. **Se**  
cundo p̄xiimo ad detestandā detracti/  
onem hoc quod detractor diuersis ge/  
neribus rerū comparat. **Nā** p̄mo com/  
paratur canī: vt dicitur **Matth. 7.** **No**  
lite sanctuz dare canib;. **Eccī. xix.** **Sa**  
gitta infixa femori canis: sic verbū in ore  
stulti. **Canis** sagittā habens infixāz fe/  
mori nō quiescit donec remouerit: neq;  
stultus quiescere p̄t donec verbuz quod  
audiuit de p̄xiimo alij retulerit. **Detra**/  
ctores sunt canes diaboli nō pmittētes  
etiā vnā auiculā auferri ab hinc quin la/  
trent z eaz mordeant. **Itē** comparat porz



## De quinto

eo. quia ad modum porci os citius inquirit  
quam pedem. Et sicut porcus ingrediens in hor-  
tum aliquem ibi lutum et florem inueniens: flo-  
res dimittit: lutum ingreditur: et se in eo vo-  
lunt. Sic detractor bona visa vel audita  
de primo obliuiscit: et mala audita vel  
visa de primo ponderat: et retinet. Et sic  
os et lingua inquirit: quod est membrum nobis  
lepre alijs membris. Unde Aristoteles. i. poli.  
Nullum enim animal naturaliter habet sermonem  
nisi homo. Item detractor comparatur serpenti in  
his proprietatibus. Serpens est animal perditum  
osum. in silentio mordax: tortuose incedens.  
Sic detractor perditus est quod occulte oblo-  
quitur primo. Unde Ecclesiastes. x. Si mordeat  
serpens in silentio: nihil eo minus habet quod oc-  
culte primo detrahatur. Tortuose etiam in-  
cedit detractor: dum a laude eius incipit cui  
detrahatur. et deinde subdit. Non dico hoc  
animo detrahendi: sed ut fides eius adhibeatur:  
dicit semel amare eum cui detrahatur. Et ego dico  
quod sic eum diligit: sicut iudas Iesum Christum  
dilexit quod eum falso osculo tradidit. Unde versus  
Non bonum facis sed corde malum meditatur.  
Oscula que iudas domino dedit hec mihi tu das.  
Ergo tales sunt perditores primi morum  
sicut iudas Christi. Tertio quia detractores  
peiores sunt furibus illis qui vestes et alia  
furantur temporalia. Unde Ambrosius. Tolerabiliores  
sunt fures qui vestes et alia bona diripiunt quam  
fures qui famam nostram bonam dilaniant.  
Cuius ratio potest esse hoc quod dicit Salomon.  
Melius est nomen bonum quam multe diuitie.  
Unde qui nomen bonum alicui aufert: magis nocet  
eum quam si multas diuitias furaret. Quarto  
quia detractoris lingua peior videtur esse  
inferno. Infernus enim solum malos deuorat.  
Lingua vero detractoris bonos et malos  
Insuper detractores vno morsello comedunt  
nam totam puerciam: vel archiepiscopatum  
ciuitatem: vel patriam: vel villam cum eis  
obloquuntur. Et est valde periculosum cum dicitur: in

tali puercia sunt raptores: in tali episcopatu  
sunt usurarii: in tali ciuitate adulteri: et  
sic de alijs. Quia ibi innocens cum nocente  
infamatur: quod est contra iustitiam. hoc patet: quod si  
vnum est reus: tunc tres vel plures sunt innocentes.  
Quinto quod iter omnia alia peccata istud  
videtur peius expiari: quod patet per hoc quod secundum  
Augustinum. Non dimittitur peccatum nisi ab-  
latum restituatur. Cum igitur per detractorem ab-  
stuleris primo bonam famam (quod iter bona  
corporalia est aliud nobilissimum) impossibile  
vel summe difficile videtur ut ei valeas  
plene restituere: cum non possis scire in  
quot cordibus hominum virtus tue  
detractionis sit diffusa. quare. etc. Unde  
sciendum quod iter omnia peccata ista duo  
peccata. scilicet detractio et rerum ablatio  
magis difficulter dimittuntur homini. quia  
sine restitutione nec valet contritio nec  
lachrymarum effusio: etiam si tot lachrymas  
effunderes sicut Petrus et Maria Magdalena  
effuderunt: quando amare peccata sua  
plauerunt. Item nec valet peccatorum  
confessio nisi fiat simul restitutione. Ergo  
detractores qui iniuste proximos infama-  
uerunt tenentur in publico reuocari: et eis  
bonam famam restituere secundum  
posse: nosse et volunt gratiam et dei misericordiam  
et remissionem peccatorum consequi.

Quot modis fiat detractio.

Detractio fit sex modis. Primo cum quis  
occulta mala proximi manifestat: eum infamando  
confundendo. et si ea intentione certat  
quod quis vixit de primo malum loquitur ad  
nocendum ei: mortale est. Verbi gratia Si  
quis aliquod occultum peccatum commisisset quod  
tibi soli deo constaret: et si hoc publicares  
alij infamando eum: peccares mortaliter  
verum esset. Sed si manifestares illi quod  
posset prodesse ut emendaretur: hoc esset  
bonum et laudabile: quia in hoc queretur  
salus proximi. Item si ille apud quem  
tu illum infamasti alteri eadem intentione /

## precepto

ne hoc occultum malum reuelat. s. ipm infamando similiter peccat: z sic d' singulis ascendendo. **Q**uot peccata peccantur cum quis in vna tota terrav' ciuitate infamatur. imo si aliquis manifeste in aliqua ciuitate infamatus est z factum eius notorium est in illa ciuitate: z tu uenires ad aliam ciuitatem ybi h' non sciretur: tunc si publicares ibi de peccatum z excessum illius hominis: ea intentione ut ibi etiam infamaretur: grauiter peccares. **E**rgo nullo modo debem' manifestare mala pximi illis qui non sciunt z maxime ybi no' pdest sed magis obest. **S**ecundo quando audita mala de proximo cum augmento referunt alijs. **E**t heu hoc valde comune e' mala pximorum aggrauentur z augmententur. **Q**uod tamen est multum periculosuz z grande peccatuz talia mala cu' augmento proferre: z sic pximum suu' confundere. **D**e his enim et contra istos dicit propheta dauid. psalmo. cxxix. **U**ir linguosus scilicet sermones cum augmento proferens non dirigitur in terra. **E**t ecclesiastici nono dicit salomon. **T**erribilis in ciuitate sua homo linguosus. **T**ertio crimina falsa imponere proximo: z hoc est grauissimum inter peccata detractionum: quia vix remittitur tale peccatum. **U**nde Hieronimus. **N**o facil' venia dixisse pua d' rectis. **Q**uarto cu' quis negat occulta bona proximi. **V**erbi gratia **S**icut cum aliqua bona referuntur de proximo: z ille inuidus negat hoc bonum verum esse qd' dicit de illo cui inuidet q'uis verum sit in se. z cu' hoc facit ex inuidia z vindicta grauiter peccat. **Q**uinto cu' quis nititur ea minuere bona manifesta proximi que non potest ex toto negare: tamen nitit ea minuere. **U**nde Hugo. **D**etractor e' q' bona pximi in quantum potest diminuuit. **S**exto cu' quis b'na pximi peruertit in mala: dicens ea esse facta mala intentione: cum tamen corz soli deo pateat. **U**n

de Hugo. **D**etractio est locutio ex iudicia pcedens: bona alioz denigrans. **E**t hoc. s. q' sic bona pximi quis conuertit in mala: pcedit ex inuidia z ex defectu caritatis. **U**nde Augustinus. **C**ertuz est q' de aliquo incerto neminem iudicare: quem tanq' me ipsum diligere. **I**nsuper est signum magne nequitie z puerilitatis in homine q' sic proximum suum iudicat et bona sua deprauat. **U**nde Chrysostomus super **M**attheum **S**icut difficile aliquem suspicatur malum qui bonus est: sic difficile aliquem suspicatur bonum qui ipse malus est. **I**dem ibidem. **O**mnis homo scdm se estimat alterum. **S**ciendum q' summe debemus cauere ab his modis detractionu' scdm q' dicit salomon **S**ap. primo **A**d detractione parte liget **D**etractores enim teste aplo ad **R**o. i. deo odibiles sut. **U**t autem hoc melius seruari possimus nullus nostrum deberet loqui d' proximo eo absente quod noll' loqui eo presente. **U**nde **L**euistica. xix. dicitur. **N**on maledices surdo. **S**urdo maledicit qui absenti detrahit. **H**omo enim absens minus potest audire detrahentem q' si surdus esset. **S**urdus enim quandoq' audit quando sibi alta voce clamatur: absens vero qui quandoq' distat per duas leucas vel amplius non audiret detrahentem quantumcumq' clamaret. **U**nde etiam Hieronymus **N**oli diligere detrahente ne eradiceris. pauci enim sunt qui huic vitio plene renunciant. **E**xistis patet q' detractio e' commune peccatum: et tamen grauiter in hoc offenditur deus. **U**nde Augustinus super illud psalmiste **P**ro eo ut me diligere detrahebant mihi. **P**lus nocent in membris detrahentes christo q' animas interficiunt creditorum: q' qui eius carnem mox resurrecturam peremerunt. **E**t propterea detractores grauiter puniuntur a deo: z quadoq' tales desperant in agone mortis. vt p' per ex

## De quinto

emplū. **F**uerunt duo socij clerici quorum vnus detractor pessim⁹: de nemine bñ poterat loqui: q̄ infirmitate detent⁹ euz ad penitentiā a socio moneret paruipēdēs ipsius monita ī nullo se penit⁹ correxit.

**E**unq; ad extrema appropinqueret: adiuratus a socio suo pmisit vt infra triginta dies sibi appareret si posset: si dōs pmitteret: et sic mortuus ē. Post paucos igit̄ dies deo pmittente non p salute ei⁹: sed vt ceteri tali erudirent̄ exēplo Apparuit socio totus niger et accēsus tot⁹ ignitus ī tro et foris incēdio ifernali. Ad cui⁹ conspectum cū ille tremore deficeret: dixit ei **E**go sum ille ifelix quondā soci⁹ tuus p quo oras inaniter: q; ppetue suz dānatus. Et cum ille quereret quō sibi accedisset in agone: Respondit cū essem in extremis: ductus sum corā iudice. Cūq; obmutescerem p timore vidit multas aīas sole lucidiores ad iudicē cōtra me manus extendētes et clamātes. Vndi ca dñe sanguinē nostrū de illo mendace detractore: qui nos apud hoīes mēdāciter ifamauit. ad hāc vocem euz me iudex inspiceret toruovultu et irato: et ego in eius aspectu territus et confusus et deplatus contra me malis mihi conscius memetipm et misericōdiaz dei sum oblit⁹: et sic desperās ppetue sum dānatus.

**D**e his q̄ detractōes libēt̄ audiūt̄.

**R**equiritur de peccō eoz q̄ libenter audiunt detractores: contra qd̄ peccm̄ pmo possūt valere verba sacre sc̄pture que illud dissuadent. **U**n̄ puer. 4. **L**abia detrahentiū sint pcul a te. **I**tem **E**ccl̄i. 28. **S**ept̄ aures tuas spinis. et noli audire linguā nequā **U**n̄ queritur vtrum peccet q̄s audiendo detractore. **R**ñdeo sc̄dm̄ **T**ho. sc̄da sc̄de q. 73. **S**i quis detractorem audiat. sc̄z absq; resistentia: videtur detractori consentire: vnde fit particeps pecc̄i eius. **E**t si quidem inducat eum ad detrahenduz vel saltem placeat detractio ppter odiū eius cui detrahitur non min⁹ peccat q̄

detrahens et quāq; magis. **U**nde **B**ernard⁹ de cōsideratōe **D**etrahētem audire quid horum dānabilius sit: non facile dixerim **S**i vero ei peccatum non placeat sed ex timore vel negligētia vel etiā ex verecundia quadaz obmittitur detrahentem repellere et ondere q̄ ei detractio displiceat: tūc peccat quidem: sed multo minus q̄ detrahēs et plerūq; venialiter **Q**uādoq; etiā ipm̄ potest esse mortale: vt quia ex officio incumbit ei detrahētem corrigere: vt etiā ppter aliquod periculum inde cōsequēs **U**el ppter radicem qua timor human⁹ quāq; potest esse peccm̄ mortale: qd̄ fit quando hō sic dispositus est vt ppter timorē cuiuscunq; rei tpalis faciat aliquid prohibitum vel p̄termittat aliquid qd̄ est p̄ceptum ī lege diuina: talis timor ē peccatum mortale. **I**tem qui libenter audiunt detrahētem p̄missis sunt sicut canes. **Q**uia cū vnus canis leditur tunc omnes concurrūt et eum lacerāt et mordent **S**ic similiter faciūt detractores cum audiūt alicui obloqui: tunc obloquenti applaudunt: insuper et verba sua etiā apponunt **E**t sic aīas suas p̄rias occidunt et mortem eternā incurrunt **C**ōtra quos dicit **A**ugustin⁹. **N**on accōmodes aures tuas ad percipiendum verba detrahētis ne concipias mortem ī anima tua. **D**etrahentis em̄ et audientis vtriusq; esca ē mors anime. **E**rvt breui⁹ concludam. **D**etractor et libēs auditor diabolū portant in lingua. **U**nde quilibet in quantum potest debet cōpescere detractores **U**nde legitur d̄ quodam ep̄o qui erat in purgatorio et vehementer affligebat̄ in ferore clerici sui existentis in inferno et ascendentis ad ipsum: quia detractiones eius quandoq; audierat et eum non satis corripuerat: q̄ ep̄s satis ī se bon⁹ fuerat. **I**tem q̄ infelix sit lingua detractoris patet per hoc exemplū: **F**uit quidam maximus detractor religiosoz et sacerdotoz et alioz bonoz hoīm: qui tādē

## precepto

mortu<sup>9</sup> ē. Post multos vero annos cum aperiebatur sepulchrum eius: totum corpus eius putridum erat propter linguarum eius. Sed rane linguam illam inter se voluentes rodere non valebant: in signum quod lingua illa non erat digna in terram redigi pro eo quod multos homines leserat: Et miser ille homo cuius lingua illa erat. iam in aeternum torquetur: nec tamen consumetur. Unde Apocalyp. xix. Hors fugiet ab eis.

## De sexto precepto

**N**on mechaberis. Hoc sextum preceptum expresse prohibet lesionem conjugalem in persona coniuncta. sicut precedentis preceptum prohibebat lesionem alicuius in propria persona. Unde secundum Augustinum. Illud preceptum prohibebat lesionem alicuius in persona propria: istud autem omnem illicitum concubitum: et hoc simpliciter. Unde dicitur. Non mechaberis. id est. nulli alteri excepto federe matrimoniali te commiscebis: ut dicit glossa interlinearis.

**S**ciendum tamen quod istud preceptum transgrediuntur septem genera hominum. Primum sunt fornicarii sicut solutus cum soluta. Et licet quidam dixerint fornicationem simplicem non esse peccatum mortale. Hoc tamen Henricus de stir. dicit esse falsum et impossibile propter duo. Primum quod fornicatio simplex inuenitur in diuina lege prohibita. Lex autem diuina nihil prohibet nisi peccatum mortale. Secundo patet euidenter quia nihil a participatione celestis regni excludit nisi peccatum mortale. Sed propter simplicem fornicationem aliquis excluditur a participatione regni celestis: ut patet per apostolum Ephes. v. Hoc autem scitote quoniam fornicator aut immundus non habet partem in regno dei. quare. etc. Ex quo patet quod luxuria est malum peccatum: quod nunquam potest scienter et voluntarie fieri sine pec-

cato mortali. Homicidium potest fieri sine peccato iusticia exigente. ut cum iudex amore iusticie aliquem occidit. vel etiam quando vim vi repellere decet. ut patet in quinto precepto. Item aliquis potest furari sine peccato in extrema necessitate. quia tunc omnia sunt communia. Item in festis potest quis laborare sine peccato. Item quando quis potest iurare sine peccato. Similiter et irasci potest quis quando quis sine peccato. sed nullus potest fornicari sine peccato scienter quia mortaliter peccat. Bonam quod aliquis nullum malum cogitauerit neque dixerit neque fecerit. et omnia bona egerit que excogitari possunt. et semel fornicetur et sic decedit sine penitentia: tunc de necessitate damnabitur: etiam si omnes misse que usque ad finem mundi celebrabuntur ab ecclesia pro eo celebrarentur non liberarent eum a morte eterna. Et propter illam breuiem delectationem omni gaudio celi et societate beatorum priuabitur. Unde Hieronymus. Qui luxuriatur uiuens mortuus est. **B** Sciendum quod ad detestatorem huius fornicationis que fit cum meretricibus valent tria. Primum est hoc quod quando quis sunt coniugate. et sic quando aliquis credit se peccare cum talibus simpliciter fornicatione ipse quando quis committit adulterium. Secundum quia quando quis talis committit incestum. quia quando quis tales meretrices cognite sunt a consanguineis illius qui peccat cum eis. ergo si duo consanguinei peccarent cum una soluta meretrice: tunc primus absoluitur a simplici sacerdote. secundus autem mittitur ad auctoritatem episcopi. Tertio quod cum talibus peccat magno se committit delictum: licet non sint coniugate et affines eius. ipse tamen secundum Guil. lugdunensem. in summa viciozum capitulo de luxuria eque peccat: ac si forent. ex quo equalis est contemptus.

**D**efloratio virginum quod magnum peccatum est.